



Quadragesimale

Paoletti, Agostino

Coloniae Agrippinae, 1677

Feria IV. Cinerum. 1. Hoc sermone vitam brevem esse, & mortem ex improvise hominem adoriri ostenditur; ut proinde curandum nobis sit, ut non in terra, sed in caelo thesaurizemus.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55672)

SERMO PRIMVS.
FERIA QVARTA
 CINERVM.

Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem reverteris. Genes. c. 3.

Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, thesaurizate autem vobis thesauros in caelo. Matth. cap. 6.

Recipit hoc mane Iesū Propheta, ut ad litui, vel tubæ militaris clangorem, in publicis platearum compitis, universus congregetur populus: *Canite tubā in Sion & vocate caetum, congregate populum;* idque ut vitam & mortem veluti in publicum mundi theatrum hodie prodeuntes, iuratos hostes, inter se, de conditionibus suis, per allatas utrimque rationes topicas committentes & dimicantes spectent & auscultent, & que addo clarum utrimque rationum pondus, & efficacia in mentis suae tribunal, veluti utrimque partis constituti Iudices, debeat, atque vel vitae, vel mortis, vel neutri palam decernant. Et primò quidem per officinis portam vita in publicum prodit, ut caute lux momenta & rationes exponat, & in primis asserit, quòd suos ipsa natales à Deo habeat, cum mors è contra originem suam ab utero culpæ deducat. Præterea quaquaversum pro libitu me circumspicite, (dicit Vita) moxque in exteriori corporis superficie sese proderet vel pulcherrimos flos juventutis, cuius in vultu decor jucundissimè ridet: vel tandem senilis ætas veluti tributaria censetur ultro citroque per cantici comarum suarum argentum reverentiam mihi pendere & venerationem: E contra verò ad inimicæ meæ pedes oculos vestros, si libet, deflectite, in qui-

Paolini Quadragesimale.

bus aliud non deprehenditis, præterquam horrida carnibus denudata ossa, cadavera temporis antiquitate exsca, & corrola à vermibus, atque in putredine miserabiliter volutata; denique vivam in ea videbitis horrores, terrorisque effigiem. Ad hæc; Non sum ego, inquit Vita, ossium ferro excarnificatorum, vel maceratorum à febribus misera quædam Catastrophe, sed membra habeo filiorum candore, rosarumque gratissimo rubore elegantissimè colorata. Quisquis suos in vultum meum oculos figit, aspiciet me neque sine gaudio, nec suos à me obrutus divertere potest sine fastidio. In gremio meo omnia fortunæ bona resident, à quibus nulli non desiderabilis efficitur. Scio insuper conversationem meam omnibus gratam & acceptam, quæ priusquam perdant, quotquot sunt Magnates potius ad instar Hippomanis assistendum illius cursum gressus meos aut pondete, vel etiam sceptrorum, diadematumque pretio firmabunt, securusque reddent; Et quidem si fide dignos huius veritatis testes desideratis, præterquam quòd ad ipsam me appellem experientiam, ipsi super Principes, Reges, & Imperatores, imò & ipsos quoque Pontifices hæc de re interrogate. Quid plura? Nnaquid vel solum nomen meum vos iustificat, corda que vestra serenat? cum tamen è contra vel sola mortis umbra capillos capitis vestri obrigescere, congelari sanguinem,

A mem-

LIBER PRIMVS
 DE VITA
 X

membra exarescere, ipsaque viscera vobis tremere faciat? Verum hoc, quo capitis mei coma cingitur, non ex abynthio, sed ex suavissimis contextum est floribus. Præterea si gloria dum est, de gratiositate, & acceptabilitate mea, ob quâ à cunctis diligor, non vero ut mors de honore, tectore, pavore gloriaripotero. Denique ad quos unquam honores aut dignitates aspirare poteritis, nisi meus intercedat Favonius? Mors verò contra vel viam intercludit, ne illas assequi possitis, aut si illas possideris, iidem vos sæpenuero repentē & semper ferē ex improviso privat. Iustum igitur, ut mors ab omnibus habeatur abominabilis & execrabilis, vita autem grata, accepta, & superamabilis.

2. Mox verò, ut vita sermonis sui solum abrupit, mors per Occidentis portas horridum vestitum, vultumque terrificum præ se ferens comparat, pro sua quoque parte hæc sequentes in medium adducens rationes. Verum quidem, (ita mors in sui favore loquitur,) quod rideam facultate sim destituta, qua ad vos fallendos uti possim, nec meas fraudibus contrego, & obvelo amaritudines, sed syncerè, realiter, & apertè peccatore procedo, cavendum cuius plus est, ab amicis fictis, ejusmodi est vita, quam ab inimicis manifestis. Vita Sirena quædam est, quæ blanditiarum suarū cantu vos trahit, decipit, & miserè perdit; à me nihil mali formidare potestis, præterquam nomen, & extrinsecam speciem. O quot sunt, qui genibus flexis me invocant, ut ex hujus vitæ miseris illos eripiam, quas in hoc mundo, quoad usque vivunt, pati coguntur. quod si vita vestra squalidus quidam & obscurus carcer est; mea pietate perfectam ab hujus carceris ærumnis libertatem assequi potestis. Scio equidem, quod nonnulli homines indifferetis, & inopes judicii, me veluti crudelem execrentur, & traducant; sed quot sunt, qui non me tantum, sed & alios calumniis onerant, & infestant. Sunt etiam, qui hanc fallacem meam execrentur & horreant, eamque hæcæ Achillis similem esse dicant, sed & infirmus Chyrurgum crudelem esse in clamat, dum vel ferro scindendo, mutilando aut fodiendo vulnerat, vel igne adhibito torquet, cum tamen in his omnibus manus ejus charitate mortice moveatur. Quot sunt, qui ab hujus vitæ miseris inducti, cunis suis maledicunt, meaque præ illis feretris malunt & de-

siderant, quia sepulchrorum mœorum quietem, membrorum laqueumque requiem esse agnoscunt. Quid igitur post hæc omnia dicetis? Num forte vel ex hoc me despiciendum esse arbitramini, quod peccati sum filius? idipsum quidem minime inficit; veruntamen nemini non constat, quod ad adversus idem peccatum efficacissimum sim antidotum, quod uspiam valeat inveniri. Aut ideo contemnenda ero, quia deformati sum filius & hæc non diffiteor; sciendum tamen, hanc meam deformitatem hominibus longè utiliore esse, quàm fiat emendicatar hujus vitæ venustates & elegantia. Eequando enim sine me unquam ad æternæ beatitudinis fruitionem pervenire possitis? Sileant igitur lingue, quæ me calumniantur, & adversus vitam potius traducendam sese extendant.

3. Utramque igitur contentiones hujus patrem nunc auscultatis, o Auditores! superest nunc, ut de meritis utriusque causæ decernatur judicium. Enim verò, si sanis meis acquiescere consiliis non pigeat, ad hoc unice vos exhortor, ut neutrius rationibus fidem adhibeatis, nec vitæ, nec morti nimium fidatis, sed sint vobis suspecta utriusque partis consilia, quia illa adeo brevis est, ut dum in meliori statu consistere videretur, miserè nos deserat; hæc autem adeo est crudelis & dura, ut imparatos nos ex improviso infestet. *Memor homo, quia pulvis es; Hodie homo, cras cinis; Ecce vitæ brevitatem, Et in pulverem reverteris;* id quid scimus, & veluti indubitatum nobis persuasum habemus; veruntamen, quando id futurum sit, ignoramus; Et ideo ecce mortem improvisam! Cum itaque vita brevis sit, mors autem improvisa & inexpectata, ideo ut præsentis discursus absolvendo de tempore sufficienti prospiciam, brevitati in omnibus consulam, dummodo attentas, faventisque adhibueritis aures.

4. Certum est, quod tam vitæ quàm mortis non sine causa alate depingantur, fortè quia volando sibi mutuò obviant. Una repentina est, volando ad mortem; altera præceps currit ad detuncandam vitam. Mors fixum non habet, quod illam retineat; nec vitam habet, quæ eam retardet, sed brevi temporis spatio iter suum absolvunt. Unde Magnus ille Pontifex Gregorius ait: *Ætas nostra diu diffenditur ut subsistat, moriens vixit, quotidie desit per momenta vivendi; ac pro-*

fol. 110. r. Col. 21. l. 1. l. 2. l. 3. l. 4. l. 5. l. 6. l. 7. l. 8. l. 9. l. 10. l. 11. l. 12. l. 13. l. 14. l. 15. l. 16. l. 17. l. 18. l. 19. l. 20. l. 21. l. 22. l. 23. l. 24. l. 25. l. 26. l. 27. l. 28. l. 29. l. 30. l. 31. l. 32. l. 33. l. 34. l. 35. l. 36. l. 37. l. 38. l. 39. l. 40. l. 41. l. 42. l. 43. l. 44. l. 45. l. 46. l. 47. l. 48. l. 49. l. 50. l. 51. l. 52. l. 53. l. 54. l. 55. l. 56. l. 57. l. 58. l. 59. l. 60. l. 61. l. 62. l. 63. l. 64. l. 65. l. 66. l. 67. l. 68. l. 69. l. 70. l. 71. l. 72. l. 73. l. 74. l. 75. l. 76. l. 77. l. 78. l. 79. l. 80. l. 81. l. 82. l. 83. l. 84. l. 85. l. 86. l. 87. l. 88. l. 89. l. 90. l. 91. l. 92. l. 93. l. 94. l. 95. l. 96. l. 97. l. 98. l. 99. l. 100.

fol. 110. col. 1. l. 1. c. 1. l. 2. l. 3. l. 4. l. 5. l. 6. l. 7. l. 8. l. 9. l. 10. l. 11. l. 12. l. 13. l. 14. l. 15. l. 16. l. 17. l. 18. l. 19. l. 20. l. 21. l. 22. l. 23. l. 24. l. 25. l. 26. l. 27. l. 28. l. 29. l. 30. l. 31. l. 32. l. 33. l. 34. l. 35. l. 36. l. 37. l. 38. l. 39. l. 40. l. 41. l. 42. l. 43. l. 44. l. 45. l. 46. l. 47. l. 48. l. 49. l. 50. l. 51. l. 52. l. 53. l. 54. l. 55. l. 56. l. 57. l. 58. l. 59. l. 60. l. 61. l. 62. l. 63. l. 64. l. 65. l. 66. l. 67. l. 68. l. 69. l. 70. l. 71. l. 72. l. 73. l. 74. l. 75. l. 76. l. 77. l. 78. l. 79. l. 80. l. 81. l. 82. l. 83. l. 84. l. 85. l. 86. l. 87. l. 88. l. 89. l. 90. l. 91. l. 92. l. 93. l. 94. l. 95. l. 96. l. 97. l. 98. l. 99. l. 100.

inde nobis per experientiam verum esse de-
monstrat, quod communiter dicitur: Hodie
in figura, et in sepultura. Unde Rhodiginus
occisionem cepit ut affirmaret: *Mortalium
nemo est, qui crastinum sibi audeat polliceri.*
Hippocrates, qui qualitatibus corporis hu-
mani non vulgarem habuit cognitionem,
hoc nobis post se monitum reliquit: *Avi lon-
ga, vita brevis.* Et S. Paulus in quadam ad
C Corinthios castata epistola, humane vitæ
tempus, breviter velut in inseparabilem
comitem habere dicit: *Tempus brevis est.* Un-
de Cajetanus: *Brevitatem est huc tempus vita
presertim uniuscujusque: decursum est, &
multum à tempore sperato: uniuscujusque enim
longum tempore sperat vivere, quam vivit.* Id
quod Jobus quoque confirmat, dum ait: *Bre-
vis vita hominis sunt, quia verè Gregorius Pa-
pae ait: *peccati nostri sunt vivere quotidie & vi-
tam transire est.* Ex quo eodem principio de-
ducitur, quòd dum homo ad finem vitæ suæ
decurrit, pedem suum quidem figat super
momenta, eundem tamen in iisdem nequa-
quam stabiliter firmat: *Per momenta homo
quodidie compellitur ad mortem:* Videtis uti-
que (inquit S. Pater Augustinus) quandam
aquarum torrentem lubr. eo pede sine ulla
cordatione deorsum decurrere, idque tanta
cum rapiditate, ut oculus eum prospiciendo
vix assequi possit. Sic homo in mortem fertur
pæcepit, sicut aqua preceps est in mare dilapsus.
Et hoc sensu existimo Poëtam illum oculis
mendentibus, & lachrymas stillantibus can-
tando insinuare voluisse, quænam & quales
sint vitæ nostræ qualitates, dum ait:
*Vita brevis se dicit, & est, cum tempora
luxu
Transigimus, cum nos vina, Venusque ju-
vant.*
*At longam (salsò licet id) se fingit, atque,
Ponere cum vitæ mens cupit aera modè,
Sic miseris fallax homines deus ut utrimque,
Dum longam se clamat & esse brevem.*
*Qui putat esse brevem, brevis huic quoque
vita futura est.*
*Qui longam huic citius, quàm putat esse,
fuit.*
5. Concedo equidem libenter, nonnullos
superioribus seculis in centesimum usque an-
num suam extendisse ætatem, imò nostris
quoque temporibus multi octoginta, vel no-
vaginta annos attingunt, vel ad minus, ut*

David Rex scribit: *Dies annorum nostrorum
septuaginta anni.* Verum tamen hæc vitæ lon-
gitud, quanta cumque esse videatur, est veluti
dies una, quæ præterit *Tanquam dies hester-
na, qua præterit.* Unde Hugo: *Ecce quam bre-
vis est vita hominis!* Et S. Athanasius: *Tan-
quam dies hesternæ brevissima, qua præterit,
non est.* Neminem inveniri posse existimamus,
qui se ætatem Mathusalem, filii Enoch, &
Patris Lamech, attingisse, gloriari possit; Hic
namque non gentis sexaginta novem annis
vixit, adeo ut mors sui oblita fuisse videri po-
tuisset. *Et facti sunt omnes dies Marbusalem
non genti sexaginta novem anni.* Et tamen
constans est multorum Scriptorum opinio,
quòd semper sine ullius domus in colatu vi-
xerit, neque ad domum aliquam sibi fabri-
candam potuerit induci. Imò in super tradunt,
quòd postquam quadringentesimū jam su-
perasset vitæ annum, divinā sibi revelatione
innotuerit, adhuc quingentos sibi vitæ annos
reliquos esse. *Adhuc tibi fere 500. anni vitæ
super sunt, bene poteris construere domum.* Ille
autem Domino responderit, nollet se aliam
domum, nec aliū locum clausum & tectum,
utpote qui sub arborum ramis, vel in eryptis
quadam, seu terræ spelunca totam suam vi-
tam terere deceverit. Quam est peregrinum
hoc Mathusalem propositum! Poterat hic
utique domum quandam fabricando per an-
nos quingentos vitæ suæ tempus protendere,
nec tamen id quidpiam curat? Num forte id
ad evitandas expensas, aut ad parcendū sum-
ptibus fecisse credendus est? Numquid hodie
videmus eos etiam homines, qui vix de qua-
tuor vitæ annis transigendis securi sunt, va-
stissima, & sumptuosissima, regie alicujus in-
star, ædificare palatia, nec esse unico duntaxat
palatio contentos, sed in civitatibus pariter
& villis erigere diversa, quorum unam æstari,
alterū verò hiberno tempore in serviat, unum
quoque Orientem, alterum verò Occidentem
respiciat? Cur igitur Mathusalem, qui ma-
jorem habebat domus ædificandæ causam, ean-
dem ædificare noluit? Quis huic Dei servum
veluti imprudentem, aut inertem & negli-
gentem non arguat? Absit tamen tale quid de
hoc viro Dei suspicari, aut cum alicujus, ob-
firmiter ab eo conceptum propositum, erro-
ris arguere, quin potius tanquam vir pruden-
tissimus magnopere celebrari jure meretur.
Nec dubito, quia in eandem mecum opinionem
conspi-

Hugo
Card. b.
fol. 221.
col. 2. l. 19.
C. num. 4.
D. Asban.
ib. f. 275.
Genes. 5.

Handwritten notes in the right margin, including the word 'X' and some illegible text.

conspiraturi sitis, si ad ea, quae Moyses hac de re refert, cogitationes vestras declinaveritis. Notum etenim est ex totius Scripturae primordio, Deum Optimum Maximum, Adamum, mox ut creatus erat, absolurum constituisse omnium illarum deliciarum Patronum & Dominum, quibus terrestrem locupletaverat Paradisum, scilicet florum, fructuum, arborum, piscium, volucrum, atque ferarum.

Gen. 2.

Ibid.

Ibid.

D. Greg. apud Diac. Baer. tom 3. de Christi fig. l. 6. s. 4. fol. 6. c. 2.

Genes. 3.

Rabanus Maur. in Gen. l. 1. o 13 f. 64.

Didac. Baer. to. 3. de Christi fig. l. 5. c. 1. s. 4.

Dominamini piscibus maris, volatilibus caeli, & bestis terrae. Solas ei fructus illos prohibuit, quos vitæ arbor producebat: Ex omni ligno Paradisi comedes, de ligno autem scientia boni & mali ne comedas; idque sub reatu pœnæ mortis præcepit, eodem die contrahendo, quo suum transgressurus esset præceptum; In quocunque die comederis ex eo, morte morieris. Hic vos attentos esse velim, atque à Vobis, o Auditores, intelligere desidero, num Adam eodemmet die, quo peccavit, etiam fuerit mortuus? Si negativè respondetis, mox inde subinferam, sententiam divinam suo caruisse effectum, & remissus accidisse, ac Deus determinaverat. Quod si verò affirmandum esse consueveritis, mox per doctrinam S. Gregorii contrarium arguam; hic namque ejus est opinio, Adamum non gentis sanis post peccatum remansisse supersubitem. Nec est, quod ad evadendam difficultatem mihi replicetis, divinam sententiam de solius animæ, non verò de corporis morte intelligendam esse; siquidem ex ratificatione sententiæ: *Terras, & in terram ibis, evidenter satis deducitur, Deum de corporali quoque morte fuisse locutum. Quo modo igitur verificari poterit, In quocunque die comederis, morte morieris?* si dixisset, (ut observat Rabanus,) *Si comederis, mortalis eris,* nullum proflus determinando diem, nulla supersubisset difficultas, sed in quocunque die. Imo verò sententia, quam Deus Adæ comminatus est, eadem transgressionis die suum sortita est executionis effectum, quia ætas aliqua non gentorum, seu etiam millium annorum, pro uao dumtaxat die computatur; Tanquam dies besterna, quæ præterit. Et tunc hæc ponderatio eujusdam Doctores moderni, dicentis: *Quare dicitur eandem die comestis, morietur?* quia anni tam anni ejus, tametsi multi essent, adeo tamen sunt breves, ut uni dumtaxat diei æquiparari videantur: Plane ex quo illi denuntiatur *mors certè sum-*

va, sic disparant etiam longissimi anni vita quasi una dies. Ecce igitur tibi hic manifestatam causam, cur mathusalem ad domum aliquam extruendam se nunquam voluit redire, quasi diceret: quod si mille anni majus non faciunt spatium, quam dies unus, hinc me curæ & laboribus propter tempus adeo breve adicere nolo, non meretur tam breve vitæ momentum hanc sollicitudinem, & cordis distractionem, Quingenti anni vitæ meæ rapidissime transibunt, & in ictu oculi avolabunt. Verum enim verò si ita est, quid igitur de vita nostra dicemus, quæ centenarium annorum numerum nequaquam attingit? Si quingenti fere anni visi sunt illi pauci ad domum construendam, quid de illis dicendum, qui vitam hominum modò adeo brevem inveniunt, ut vix reperiantur, qui septuagesimum attingat annum? Ad quod respicientes Ægyptii, prudenter solebant (si Terulliano fidem adhibemus) domos sibi fabricare parvas admodum, valdeque angustas, velut turguriantur cellulæ fuisse: E contra verò sepulchra ædificare vastæ molis, ampla & magnifica: icebant enim, se in domibus suis brevi temporis spatio habituros, & veluti per modum transeuntis commoratos esse: in sepulchris autem plus quam centum & mille annis: *Domos angustas & exiguas sepulchra verò ampla ædificabant, quia diu in sepulchris, breviter in domibus se commoratos esse dicebant.*

6. *Salvator noster brevibus quidem, valde quo succinctis verbis, sed mysteriis valde fertis modum nos docuit, quo omne id, quod in hujus vitæ decursu ad nostram sustentationem est necessarium, ab æterno Patre petere, & sollicitate debeamus: Sic orabitis, etc. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Verum tamen petitionem hanc mihi melius examinanti petitio hæc pro quibusvis occurrentibus casibus & necessitatibus insufficientes esse videtur; siquidem potius videatur supplicandum esse, ut panis, & quodvis aliud subsidium pro toto tempore vitæ nostræ cælestis subministraretur, ne opus esset omni die nova Deo creare fastidia manducando, & dicendo: *Da nobis hodie.* Nunquid enim sequenti etiam die pane indigebimus? aut sufficit fortasse nobis, quod Deus unico dumtaxat die provideat, eo quod eam habeamus confidentiam, quod deinceps diebus sequentibus

stus nobis ipsis, si ne caelesti aliquo nobis communicato subsidio prospicere poterimus? Nequaquam, tanta enim est cheu nostra calamitas & miseria, nostraeque vires adeo debiles existunt, ut pro totius vitae nostrae, quantumque illa futura erit, sustentatione, opus sit, ut per caelestis nobis missa subsidia succurratur. Quod si verò res ita se habet, cur igitur in oratione Dominica praesentem, seu hodiernam duntaxat diem determinamus, dicentes: *Da nobis hodie?* Multas hoc loco à sacris Scripturis huic loco adhibitas expositiones libens praetereo, & ut ad Regii Prophetæ atque mystica oculos mentis vestrae mecum bene reflectatis, unice desidero. Hic igitur magnus Israelitarum Monarcha cum divina Majestate de diebus vitae suae sermonem misit, dicebat: *Ece, mensurabiles posuisti dies meos.* Quibus verbis, ut existimat S. Ioseph Chrysol. Propheta nihil aliud insinuat, voluit, quam magnam temporis vitae suae brevitate: *rer hoc declaravit vita humana brevitate.* Verum quâ ratione ex mensura dierum suorum vitae brevitate arguit? Hugo Cardinalis observat, quod David *mensurabiles*, non verò *numerabiles* dicat, cum enim numerus sit quantitas discretæ, si *numerabiles* dixisset, exinde inferretur aliqua dierum numerabilis quantitas: at verò, quia dierum ejus non statot, ut ad numerum aliquem constitutum attingere possint, *Cum numerus sit multitudo ordinata, aggregata ex unitatibus, ut docet Philosophi; Et sola unitas non faciat numerum, sicut nec solum punctum facit lineam, sequitur inde satis liquèdè, quod de diebus suis ut mensurabilibus, non verò ut numerabilibus loquitur, eos adeo paucos esse indicare velit, ut numerari non valeant; Mensurabiles dicit secundum quantitatem continuam, & non discretam: Vbi enim aliquid tempus est, illud est mensurabile, non autem numerabile, nisi ubi plures dies conveniunt: ita explicat Hugo Card. ib. f. 93. col. 1. n. 7. l. f. 7.* Verum enim vero, aliqua circa jam dicta mihi hic subnaicitur difficultas, nimirum, ex quo Propheta Regius hoc termino, *mensurabilia*, nititur, qui unus duntaxat diei tempus connota: & tamen postea in plurali loquitur dicendo: *mensurabiles dies meos*, veluti si plures numero dies essent. Videtur ad loquendum congruè & philosophicè potius dicendum fuisse: *Posuisti mensurabilem diem meum,*

vel, *Posuisti numerabiles dies meos.* Ac proinde respondeo, dies vitae nostrae duobus modis considerari posse. Primò, *respectu nostri*, nos enim ita existimamus, dies scilicet vitae nostrae esse plures, sive multos, *dies meos*. Secundo, *respectu sui*, & hoc modo revera non sunt plures, quam unus duntaxat dies; atque ideo dicit *mensurabiles, non numerabiles.* Unde Genebrardus dicit ibid. f. 219. l. c. *Ly mensurabiles, idem significare quod momentaneos, breves, non longævos, non diuturnos & brevi mensura comprehensibiles;* Vel etiam cum textu Hebraeo: *posuisti palmares, quatuor digitorum, sive palmi mensuram minime excedentes.* Ergone igitur vita nostra non erit centiada longior, quam una tantum dies? Nequaquam. Atque hæc causa est, cur Dei Filius nos panem nostrum tantum pro praesenti die ab æterno Patre petere docuerit, dicens: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Ita S. Pater meus Augustinus exponit, dicens: *Quandiu dicitur hodie, id est, in hac temporali vita.* Unde deducitur, quod vita nostra non sit longior unico hodie. Eandem expositionem S. Gregorius Nyssenus huic passivè adhibet dicens: *Da nobis hodie, ut discas per ea, qua dicitur, quod diurna ac quotidiana sit vita humana.* Similis itaque est vita nostra in animalculo, quod Ephemeris dicitur, de quo Aristoteles & Tertullianus scribunt, quod ex flumine Hippone nascatur, quod ex Europa scaturiens, versus Ponti provinciam progreditur. Hos enim animal quatuor alis praeditum est, & quatuor pedibus, & hoc nomine Ephemeris insignitur, quia cum Febr, quæ Ephemera dicitur, valde convenit, quæ unicum duntaxat diem durat, ac proinde a Medicis sæpe numero *diaria* appellatur: Vocatur *diaria*, quod uno fere die desinat. Ita quoque hoc animal non habet vitam longiorem, uno die: mane nascitur, ac vita ejus ad terminum suum quatuor pedibus properat, imò quatuor alis volat: *Mmane puer, meridie juvenis, senex vespere, & occidit Sole commoritur,* scribit quidam modernus. Tale igitur nunc vitam quoque humanam esse, imaginemini, scilicet Ephemeram, *Diariam.*

8. Quidam igitur fundamento vitae aliquis hominis superædificari poterit, quæ non est longior, quam unica tantum dies: Quid igitur juvat, thesaurizare hic in terrarum

D. Aug. l. 2. c. 11. de Jer. Dom. in monte fol. 273. col. 3. l. G. D. Gregor. Nyss. lib. de Or. Dom. orat. 4. fol. 499. col. 2. l. D. Tertull. in Test. Arist. l. 5. de hist. anim. c. 19. Ioâ Zach. in Act. l. 2. c. 1. f. 51. Paul. Diet. in Summa Pred. l. 2. verbo Vita brev. fol. 565.

Handwritten notes in the right margin, including a large 'X' and some illegible text.

aurum congregando, & argenti ingentes divitias, palatia fabricando magnifica & superba, si vix jacto primo fundamenti lapide, dies vitæ tuæ præterit? Quo fine tantis te conficis sudoribus atque laboribus, si brevitæ vitæ te fructus tanta cura & sollicitudine acquisitos non permittit colligere? Vix primis vitæ spiraculis perfui cœpisti, cum ecce vitæ tuæ terminus, & non plus ultra, te præveniendo conficit. Et tamen in acquirendis vanitatibus hæc mundanis tanta aviditate occupatus, ac si vita in ampliora distenderetur spatia, quam sint ea, quæ sunt inter cælum & terram, aut Orientem inter & Occiduum; quid facturus esses, si Deus Adami vel Machusalemi vitam tibi promitteret? Porro si sapitis, o Auditores, sano huic meo consilio acquiescite. Imo, si vita nostra adeo brevis est, præcepto Salvatoris nostri, prout decet, mortem gerite, qui dicit: *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, thesaurizate autem vobis thesauros in celo.*

S. Isidor. Hispal. l. 19. c. 1 fol. 85. col. 3. Et Franc. Alumn. l. 4. verbo Nauc fol. 104. Cal Rod. & Apoll.

9. S. Ambrosius vitæ nostræ spatium navium cursui comperat, quæ ad viatorum commoditatem, sive à Lybiis, sive ab Argo, sive à Danao Boli filio inventæ fuerunt. Non tamen ad illam Argi navim respicit, quæ Minervæ operâ facta, lignum quoddam habebat tali artificio formatum, ut haud secus ac si humano spiritu informatum fuisset, voces articularet, ut scribunt Zelius & Apollonius: Neq; ad illam Softratis navim respexit, 180. cubitis longam, ex materia auri & argenti, unde constabat, opulentiſsimam, ex artibus operâ admirabilem; ac denique ex lignis ad ejus manufacturam concurrentibus odoriferam, ut Diodorus Siculus refert; Neque ad navim Thesei in Athenis Demetrii Phalati tempore conservatam, tanquam in æstimatione semper habitam: ut si ex temporis diurnitate ligna carie exederentur, subito aliis subititius lignis refarciretur, ut hoc pacto in corruptibilis conservaretur, in æternum memoriæ monumentum, quod Theseum è labyrintho Cretensi victoriosè egredientem in patriam reduxisset; ut memorat Alexander ab Alexandro: Neque ad illam Magaglianis navim, de qua refertur, quod totam terræ circumferentiam obnavigavit, totumque mundum circumvenerit; ac tandem pretiosis aromatis onusta, ab Occidente in Orientem se verteret, & post multas maris pro-

cellas & tempestates in via perpessus, in Siciliam redierit, & in hodiernum diem usque illiſſime ad perpetuum rei memoriam conservetur. Neque ad Softrati navim, quæ è Cedris fabricata, foris deaurata, intus vero deargentata erat, ac tandem in oblationem illi Deo cessit, qui Thebis ab Ægyptiis adorabatur. Non etiam ad illam Ægyptiis ad Adrianum in cunis à se monetis sculpti fecit, cum hac Epigraphæ. *felicitati*: Neque ad naves Atheniensium, quæ è Delo tardius redcentes, vitam prolongabant condemnatis ad mortem, uti de Socrate Plato refert: Nec denique ad illam Iridis navim, muneribus ab Apuleio locupletatam; vel ad navim Calligulæ, cujus puppis geminis ditissimè distincta erat; vel ad navim Neronis circumseptam ebore & auro, quacum in Achaïam navigasse dicitur; sed ad navim illam, à Iob cap. 9. descriptam, ubi ait: *Dies mei pertransierunt quasi naves pomæ portantes.* Porro navim istam temi sollicitabant ad cursum, & volent, terpropellebant, volabatque pernicissimè velorum alis adjuncta; ventus quoque ad puppim aspirans, illam tanta cum rapiditate opportunè agitabat, ut non tantum oculus, sed & cogitatio difficulter illam secundare posset: Invidus autem pariens hac comparatione demonstrare voluit, in quanta temporis brevitate vitæ nostræ navis in mortis portam appellat. Ecce tibi S. Ambrosium in psal. 1. fol. 342. col. 3. lit. I. hunc Iobi comparationem doctrina sua authenticantem, cum ait: *Etsi non vidamur corporaliter ire, progredimur, nam sicut in navibus dormientes ventus aguntur in portus, etsi nullus quiescentibus sensus est navigandi, tamen ventus eos urges ad finem, & impellit ignaros: sic vitæ nostræ spatium deficiente ad proprium unusquisque suum cursu latente deducitur: sicut enim dormis, & tempus tuum ambulat.*

10. At verò Regius Propheta David, psalmo 109. ad explicandam dierum nostrorum brevitatem, invenire non potuit metaphoram aliquam proposito nostro convenientiorem, quam fumi similitudinem. *Dni mei sicut fumus defecerunt: E nigro cinis & deformi cadavere vel arido quodam ligno & flammis, foetidus quidam egreditur vapor, molestus naribus, oculis autem maximè nocivus. Is vix natus, ambitione & superbia tumidus, nativæque utilitatis oblitus, terre-*

Dicitur de Iob psal. 109. fol. 433.

humilitatem dedignatur, & in cursu nubium triumphaturus, imperiosus ascendit. In aere campo funesta sua explicat vexilla, videturque in sublime se sublevando, caelestibus sphaeris bellum praesumptuose indicere velle; nocturno vero tempore, stellas ad caeli custodiam vigilantes ex improviso nonnunquam videtur invadere; diuino vero tempore, reverbosa quaedam caligine armatus, ut placentiarum Regi bellum moveat, suorumque splendorum gloria obfuscat, temerarie cingitur & sublimatur. Dumque se in mille veluti picas dilatando per aera extendit, ipsam quandam generosi equestris exercitus vim ordinare velle crederes. Super humeros suos velut novellus Enceladus, centum sibi vicem immitentes montes portare, aut insulae gigantum antiqua renovans saecula, veluti cum sphaeris caelestibus praelium committiturus, Nembrothiam aut Babylo-nesiam fabricare turrim videtur. Nulla quidem in fumo percipiuntur ignis fulgetra, nec ulli audiuntur inter se collideantur quae si subito fragores aut tonitrua, & tamen quicquid aëris hocce vapores est caliginoso ore tanta cum furia evomi videt, quid mirum, si exinde globos quoque ferreos aut plumbeos est profundo bellicorum metallorum sinu ejaculandos esse crederet; At vero quicquid eundem fumum in sublimem usque aëris regionem ascendente diutius contemplantur, paulatim videbit, quod quanto se magis dilatat, tanto magis vires suas deperdat, intra fenestras suos vitam paulatim exspirat, sui que itineis cursum terminet, ac tandem in unico momento evanescat, ut ne scias, quid ratione fiat, atque a temerariis suis oculis deficiat. Quasi non fueris, evanescit, inquit sanctus Gregorius Papa. Quisquis autem vitam nostram aequè brevem esse dubitat, aut credere detrahet, quotidianam experientiam veluti veracem veritatis huius atteritricem auscultet, nec non & Prophetam regium, qui in fumo dierum suorum evanidam brevitate considerans, agebat: *Defecerunt sicut fumus dies mei, quia mortis suae feretrum natalium suorum cunis proximo vicinum esse animam vertebat, Flan- taurae, (dicebat quidam modernus) in istu oculi summaque celeritate disparat & conver- titur in nihil.*

cum praesenti doctrina confero, eandem qua Demetrius Euripidem arguit, reprehensionem me iuste mereri cognosco; siquidem primo vitam ejusdem cum die longitudo esse dixi, nunc vero partim sub analogia navis, mox vero sub fumi meta- phora eandem brevissimam esse declaravi; atque ideo errorem meum libenter agnos- scens, me corripo, atque sententia Senecae innixus, potius vivere nostrum in puncto quodam indivisibili consistere pronatio; Id quod ex Littera Hebraea facillimo nego- tio demonstrare licet. Ipsa namque utpote mysteris refert summa, una eademque dictio- ne Metin, tam vitam, quam mortem exprimit; cum hac tamen differentia, quod huic dictioni, ut vitam significet, punctum ali- quod adjungatur, quod ab eadem dictione tolli debet, ad hoc, ut mortem significet. Adeoque ex hac lingua sancta clare deduci- tur, nullam esse inter vitam & mortem aliam inaequalitatem, praeterquam unius duntaxat puncti. *Non interest ergo inter vitam & mor- tem, nisi punctum.* Ac proinde Demetrius Phalereus, & Picus Miradulanus, vitam nostram punctum, vel instantem tempore appellarunt; quia revera, si veritatem fateari vo- lumus, vita nostra nil aliud est, quam in- divisibile quoddam punctum, quod in uni- co tantum instanti consistit; vitam enim praeteritam non habemus, jam enim effugit, futuram autem an habituri simus, incerti- simum est. Unde, si vera est Aristotelis do- ctrina, quod de tempore non habemus, nisi nunc; vita nostra, quae in tempore funda- ta est, instanti quodam, vel puncto in- divisibili longior nequaquam erit. *Vita punctum est, (est sententia Senecae) imo puncto minor est: Et adhuc puncto mi- nor.*

12. O quot hodie inveniuntur homines, qui ut magni, divites, atque potentes eva- dant, ad reprimendam cursum vitae suae velo- citatem, frenum in manibus suis habere se credunt? stultè enim sibi persuadent, quod sicut laminae ferreae, argenteae, au- rea, quanto diutius super incudem tundun- tur, tanto se longius extendunt, ita suam quoque vitam per commoditates, otia, deli- tias, longius protelare possint, & tamen hi in- felices homines non advertunt, quod vitrum vitâ longè fragilijus, percussant & contun- dant.

Franc.
Lab. loc.
comm. app
concl.
Mors prop.
13. fol. 347
col. 2. l. E.
Demetr.
Phalar.
Picus Mi-
rand.

Dicitur de
la Vega
in pl.
quod. fol.
433.

dant. Num enim tibi persuades, quod ex eo quod Rex, Imperator, vel Papa in hoc mundo existas, vita tua ex status tui splendoribus aut commoditatibus ad hoc allicienda aut inducenda sit, ut ad illas diutius continuandas, plures tibi vitæ dies vel annos in super adicias? Falleris profecto, falleris omnino. Samuel Propheta, postquam Saulem in Regem Israël olei sacri affusione inunxisset, mox illi præcepit, ut abiret, & verus Rachelis sepulchrum sese reciperet: *Hoc tibi signum, quia unxit te Deus in Principem, cum abieris hodie à me, inuenies duos viros iuxta sepulchrum Rachel.* Quidam coronæ cum sepulchro, aut regno cum morte commune intercedit? Ex istimo Prophetam Sauli persuadere voluisse, quod factus jam Rex, nullâ ratione longiuitatem sibi augurari, sed potius credere debeat, se sepulchro, quam regni suæ viciniorem esse; quasi diceret Propheta: *Coronam tibi obtuli, sed tu ad sepulchrum perges, cui te factus regius non eripiet, sed includet.* Davidi quoque jam facti Regi, Deus præcepit, ut suam in Hebron residentiam transferret, indeque dominaretur, & regnaret super universam Tribum Juda: *Et ait Dominus ad eum: Ascende in Hebron, & impera vit in Hebron, super domum Iudæ.* At vero cur non potius in Urbe Ierosolymitana residere iubetur, Urbe nimirum adeo famosa & nobilissima, totius regni metropoli? aut nunquid expeditius fuisset, quod patriam suam, Bethlehem nimirum, regia sua residentia honorasset, prout iure merito facere ipsum debuisset videri poterat? Respondet Lyranus, id factum esse, eo quod famosissimi totius mundi Patriarchæ, aliique Viri illustres, videlicet, Adam, Eva, Abraham, Sara, Isaac, Rebecca, Jacob, Lia, & alii in Hebron sepulti erant: *Quia in Hebron sepulsi erant principales Patriarchæ.* Ut ex hoc loco David Rex intelligeret & disceret, quod tamen Rex esset, non tamen ideo sibi persuaderet, vitam suam ex regni commoditatibus fore prolongandam, sed potius sepulture antecessorum suorum viciniorem factus, transitum à gubernatione regni ad requiem sepulchri, & à vitæ splendoribus ad funeralia mortis de momento in momentum expectaret.

13. Hinc quoque in sacra Genesi observo, quod licet descendentes ab Esau variarum fuerint professionum, statuumque diver-

rum, de solis tamen ab Esau descendentes Regibus, eos, postquam regnarunt, mortuos fuisse dicatur. Ita de Bela ait Sacer T extus: *Regnavit & mortuus est Jobab postea regnavit, & mortuus est. Uliam regnavit, & postea mortuus est. Adad regnavit, & mortuus est: Selma regnavit, & mortuus est, Saul regnavit, & mortuus est: Balaam regnavit, & mortuus est. Verum sicut, ô Hagiographæ, num forte alii, qui non regnarunt, mortis istibus non fuere subiecti? Imo vero. Cur igitur de solis Regibus, illos mortuos fuisse, dicitur? Forte ideo id factum est, ut de iis nequam, an immortales, aut vero mortales essent, dubitaretur? sed quis esset adeo mentis inops, qui hanc sibi fallitatem persuadere possit? Potius Spiritum sanctum ideo hunc stylium observasse existimo, ut quantum regnare & mori inter se connexionem & viciniam habeant, demonstraret: *Per unam profecto regnatum & morientium commemoratio, (inquit quidam modernus) at cur tacitis aliorum mortibus, soli Reges mortui describuntur? Credo, ut soli Reges, qui tibi immortales esse videntur, ab hoc errore eximantur.* Et quoniam ex ista causa fuisse causam consuetudinis illius, quæ dum antiqui Imperatores, ut scribit Hieronymus, eligebantur, coram eis sculptor quidam varia lapidum genera manu sua deferens, in publicum prodire solebat, monens, ut aliquem inde lapidem eligerent, de cuius genere suum sibi sepulchrum aut Mausoleum erigi placeret? Nunquid aptius huic gloriose actioni convenisset, si crassent prodire Oratorem aliquem, Panegyricum in signem recitantem, in quo egregia electi merita, aut Imperii dignitas & magnificentia fufius explicaretur? aut si alius quidam comparasset, qui aliquod ad bonum regimen spectans politicum exposuisset præceptum? Minime gentium. Sed lapides pro eligendo electi Imperatoris sepulchro, ipsa electionis die eligendierant, ut per illos brevissimus vitæ suæ cursus significaretur, ipseque Princeps electus tanto se promptius disponeret ad mortem. Asserant igitur, si libet, si sit realis veritas, eum fictio quædam Aristoteles & Plato, quod Dædali statua admittibili cum artificio sculptæ, talis fuerint conditionis & qualitatis, quod *Nisi fortissimè fufibus cœstringerentur, statim ausugiebant ab oculis hominum.* Quia vita humana majori*

1. Reg. 10.

Franc.

Mend. r. 2.

in 1. lib.

Reg. 5. 5.

num. 12.

sol. 2. 6.

num. 12.

2. Reg. 2.

Lyranus.

eum velocitate ab oculis nostris evanescit, &
 volando pernicissimè fugit. Unde O Stavia-
 nus Imperator uno pede in porta mortis
 consistens, tempusque appropinquare vi-
 dens, quo hos vitæ suæ rescindendus erat, la-
 chrymas ab oculis arcere nequaquam potu-
 it, & coram omnibus astantibus vitam præ-
 sentem nil nisi scenicam quandam fabulam
 esse declaravit: *Qualis quædam amici suarissimi
 vobis videtur vita humana fabula. Et repræ-
 sentata? Quod igitur affectum nostrum in
 teneorum thesaurorum lucrum collocare
 jure, si ejusmodi thesauros tam brevi dunta-
 mtempore possidere valeamus? aut cur non
 potius cogitationes, & omnes vires vestras
 ad celestium thesaurorum comparationem
 collocatis? utpote, qui cum æterni sint, sem-
 per vobis possideri possunt; Nolite thesau-
 rorum vobis thesauros in terra, thesaurizate
 vobis thesauros in celo.*
 Imo vero vitæ nostræ brevitatem non-
 dum sufficienter exposui, (ô Auditores) nam
 scripturam sacram, ejusque Expositores pe-
 nitentius considerans, argumentum hæcenus
 tractatum arctius cogor restringere, dem-
 strando vobis, vitam humanam talem habe-
 re cum morte connexionem, ut ne linea qui-
 dem, aut minimum temporis punctum inter
 utramque incedat. Porro David in Ps. 120
 Deum, ut sibi in quibusvis occurrentibus ca-
 sibus protectione sua assisteret, precabatur,
 dicens: *Dominus custodiat introitum tuum. Et
 exitum tuum.* Quidam autem Psalmista per
 introitum & exitum intelligi voluerit, & sa-
 cræ Expositio facili deducere possumus,
 inter quos Hugo Cardinalis præcitatum lo-
 cum ita explicat: *Introitum tuum in Ecclesia,
 ut tantum propter ipsum Dominum introcas,
 non propter quæsum: Et exitum tuum, id est,
 resignatione dignitatis tuæ vel beneficii, ut tan-
 tum ex amore Dei, non ex cupiditate fiat.* San-
 ctus autem Pater meus Augustinus vult per
 ingressum intelligendum esse principium
 præi illius, quo vobis cum infernali inimi-
 co decertandum est, per exitum autem victo-
 riæ finem. *Quando tentamur, intramus,
 quando vicimus tentationem; eximus: San-
 ctus Athanasius denique, per introitum il-
 lum ingredimur ad hanc vitam; per exitum
 autem egressum ab hac vita, quando mori-
 mur: Dominus Deus custodiat introitum tuum
 Paolletti Quadragesimale.*

in hunc mundum, & exitum tuum à vita præ-
 senti. Enim vero, ut quod in præsentis loci ex-
 positione sentio, clarius edicam, dissimulare
 nequeo, quod mihi videatur Prophetam re-
 nequeo, quod mihi videatur Prophetam re-
 gium in hoc Psalmi sui versiculo nobis pari-
 ter & sibi plurimum præjudicasse; siquidem
 Dominum solum in ingressu & exitu vitæ
 nobis propitium fore auguratur; cur non et-
 iam in cursu intermedio, qui deabus exte-
 mitatibus, principii & finis clauditur? Num
 fortè dicendum nobis erit, quod eo tempore
 David existimavit, nos nostris et viribus, &
 absque divino adjutorio, ad nosmetipsos cus-
 todios sufficiens esse? Absit; certissi-
 mum namque est, quod sine Deo nihil possu-
 mus; sed uti nos Apostolus optime docet:
Omnia sufficientia nostra ex Deo est. Porro hic
 Scripturæ locus difficultati cuidam corres-
 ponders, quam monet S. Gregorius Nyssen-
 nus, qui ponderationem quandam instituit
 circa ordinem, quem Chronista Moyses in
 librorum suorum compositione tenuit: Pri-
 mus etenim illorum intulatur *Genesis*, id
 est, Generatio: Secundus verò *Exodus*, quod
 exitum significat. Sanctus autem hic Pater
 acurè observat, Moysen nullum assignare
 medium librum, per quem transeat ab uno
 ad alium; necessarium enim esse videbatur,
 ut ab eo alius componeretur liber, qui inter
Genesis & *Exodum* mediarer, doceretque
 mundum politicè vivendi modum, quod ta-
 men Moyses facere intermitit; Ita enim de
 duobus prædictis extemis agit, ut ne vel mi-
 nimam medi faciat mentionem, quod bonæ
 Philosophiæ præceptis, nec non veris histo-
 ricè scribendi observationibus adversari vi-
 detur. Ideoque imaginari mihi nequaquam
 possum, hunc ordinè speciali suo carere my-
 sterio, eo vel maxime, quod hunc quoque
 stylum à magno Ecclesiaste observatum esse
 videam, qui temporum distinctionem insti-
 tuens, postquam dixisset: *Omnia tempus ha-
 bent, Et suis spatiis transiunt universa sub ca-
 lo, confestim subjungit: Tempus nascendi, Et
 tempus moriendi.* Diceret utique hic Logicus,
 quod hic non est sufficiens divisio, cum videat-
 tur illum merito addere debuisse etiam *Tempus
 vivendi.* Absit autem, ut quis Ecclesi-
 sten alicujus inconsiderationis, aut inadver-
 tentiæ arguere præsumat, utpote quem S.
 Gregorius hæc & gladio tenus defendit, &

2. Cor. 3.

Genes. 1. Exod. 1.

Ecol. 3.

meri.

GENESIS
 EXODUS
 LEVITICUS
 NUMERUS
 DEUTERONOMIUS
 JOSHUA
 JUDICUM
 RUTH
 SAMUEL I
 SAMUEL II
 REGUM I
 REGUM II
 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

merito; siquidem fortasse ad antiquorum consuetudinem respexit, qui infantem mox ut e sinu materno genitus esset, veluti mortuum supra terram sternere solebant, uti indicant Pineda & Lorinus, cuius alius quidam modernus rationem reddit, dicens: *Ido in terram abiectos, ut vix ab utero egressi, sepulchrum rangerent.* Insuper forsitan volens, adeo vitam nostram brevem esse, ut veluti uno eodemque instanti ab utero nascamur materno, & mortui sepeliamur in terra. Id ipsum igitur 1. Reg. c. 4. & mortui sepeliuntur in terra. Id ipsum igitur 2. n. 22. Ecclesiastes exprimit voluit, dicendo: *Tempus nascendi, & tempus moriendi, & omittam. 1. lit. A. do, Tempus urvendi, quia inter nasci & mori nullum vitæ tempus intermediet, vix homo in vitæ oriente comparat, cum ecce in mortis occasu protinus appulit: Pulchrum in principio verba hanc necessariam coniungit conjugationem, cum generatione copulans mortem: Partum enim mors sequitur necessario, & omnis generatio dissolvitur in interitum, ut propterea coniunctim assensum sint mors & generatio, inquit Nylsenus. Eadem pariter Moysis intentio fuit, quando post enarratam *Genesis*, *Exodum* quoque immediate post recense re aggreditur, persuadere nimirum nobis volens, quod inter portam generationis, & exitum mortis, nulla reperitur vitæ, quæ velut intermedia inter utramque statui possit: *Dei amicus Moyses statim cum Genesis, quod est generatio simul quoque scripsit Exodum, (scribit Nylsenus) id est, excessum, ut qui en legerant, qua scripta sunt, etiam per ipsum ordinem librorum ad discerens, qua ad ipsos pertinet. Ad hanc igitur nascendi & moriendi connexionem David Rex respiciens, occasionem sumpsit augurandi à Deo custodiam introitus & exitus vitæ, dicendo: Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum. Loquitur enim de introitu & exitu, absque ulla vitæ mentione facta, quia ut Chrysostomus scribit, esse hominis in alio non consistit, quam introitu civitatis, & in exitu mortis. Hic quidem certe omnem vitam significat: In hac enim vita universa consistit, nempe in ingresso & exitu.**

15. Videor tamen mihi aliquam adversus jam dicta oggeri replicam, nimirum quod inter vitam & mortem interponantur anni, vel menses, vel dies, aut horæ; & quod proinde vivere nostrum non in momento &

puncto quodam consistat, & quod vivere & mori proinde inter se simul conjuncta non sint, sed quod inter illa inveniatur spatium & distantia temporis valde considerata. Ac proinde respondeo, quod exteriori videtur longe diversum sit ab illo verè, & communiter res aliqua talis non est, qualis esse videtur. Nunquid enim montes prope conspiciuntur eisdem nequaquam cæruleos esse diceret, & tamen experientia contrarium nobis de procul positis demonstrat. Nunquid Solem in loco suo moveri affirmaret? & tamen gigantes passibus rapidissimè eurrunt: O quam facile simplicibus persuaderi posset, stellas palmo aut facula majores non esse, & tamen earum quælibet toto terrestri globo longè major existit. Nunquid una cujuslibet stellæ magnitudinem incomparabiliter excedere videtur? Et tamen si Philologis, Astrologis, & rationi adhibenda est fides, quælibet stella longè major est Luna. O quot inveniuntur, qui longè aliud sunt ab eo, quod extrinsecus esse videntur. Vita nostra hypocritarum clamor de amicitia esse videtur, siquidem primo intuitu longa esse videtur, eam tamen bene consideranti, verè esse apparebit illa Senecæ sententia: *Vita punctum est, & adhuc punctum minor.* Num igitur ad conquendum nobis pro unico duratur momento thesauros in mundo, cælestes thesauros æternum ditantes, perdere eligemus? Quænam hæc esset stultitia? *Nolite thesaurizare thesauros in terra, thesaurizare vobis thesauros in celo.*

16. Porro hæc vitæ brevitatis morte pluri-mum adaugetur, si hæc repentinè sit, & ex improviso accidat. Tuæ enim tibi proxima existens, te aggreditur, quando illam vel minimè expectas, aut à te maximè credis esse remotam. Nunc flos, mox cinis futurus: *Est cinis*, vel ut cum sancta Ecclesia loquitur: *Est pulverem revertitur.* Nihil morte certius, aut incertius reperitur, inquit Bernardus. Certa quidem mors est, quia nullus, quantumvis nobilis aut eminentis se ab illa exemptum esse gloriari potest: Incerta autem quoad tempus & horam, siquidem ex improviso nos demittit: *Nihil mortalibus vel morte certius, vel incertius horæ mortis.* Etenim consideratione digna est illa mortis sententia, quam Deus ad propter peccatum commissum homini decrevit, dicens: *In sudore vultus tui vesceris panis.*

Pineda in
Iob. 1. n. 22
Lorin in
Sap. 7.
Franc.
Mend. in l.
1. Reg. c. 4.
2. n. 22.
fol. 260.
1. lit. A.
In Eccl. he.
4. fol. 104.
lit. D.
idem ibid.
lit. E.
D. Ioan.
Chry. lib.
fol. 102.
1. lit. A.

panis tuus & mox subiungit: *Donc revertearis in terram de qua sumptus es*: Ubi observandum est, Deum illi nullum determinare tempus, aut horam revelare, quia illi in terram, ut de formatus est, redeundum sit. Cujus ratio ex Davide Propheta deducitur, qui de Deo loquens, hominum sortes in divinis manibus collocatas esse dicebat: *In manibus tuis sortes mea*. Porro variae sunt Patrum opiniones, in explicando horum verborum sensu, quid scilicet Propheta hic Regius per sortes suas in Dei manibus retervatas, intelligat. Hugo per illas intelligit Praedestinationem, gratiam & gloriam: *sunt autem tres sortes viri iusti in manu Dei, scilicet fors praedestinationis, fors gratiae, fors gloriae*. Sanctus quoque Pater Augustinus interrogat: *Quae sunt istae sortes, quas dicitur fors dixit, quantum ego existimo, gratiam, qua salvatus sumus*. Quare autem gratia divina à Davide sortis nomine appellatur? Quare fors, nomine appellat gratiam? Respondeo magnus hic Doctor: *Quando Deus in la merita nostra invenit, sorte voluntaria sua servos nos fecit, quia voluit, non quia digni sumus*. Ac verò ex litera Hebraea clarè dicitur, Prophetam per hanc sortem aliud nihil intelligere voluisse, quam finem vitae, id est, mortem, supposito nimirum, quod pro illis verbis, *Sortes mea*, legendum sit, *Termini vitae mea*. Cui opinioni etiam S. Athanasius adhaeret, dicens: *In manibus tuis vitae mea*, vel etiam cum Athanasio: *Disposuit terminos mortis mea*. Fortè ideo id factum est, quia cum sint haec duae dictiones sibi invicem quoad nomen simile, neque enim inter ambas major, quam unius duntaxat litera intercedit disparitas, ita quoque inter se quoad effectus conveniant? Ac ut rem revegisti, fors etiam ex sua natura hoc habet, quod ex improvise eventus suos subinfert, & quando homo de tali eventu minimè cogitat, ut si quis terram arando, thesaurum inveniat.

Ecce igitur, hic tibi apertum & manifestatum latens mysterium, & Davidicorum verborum genuinus sensus: Mors enim fors dicitur, ab effectu simili ei, quem mors producit, scilicet quod ex improvise homini accidat, quando nimirum illam minimè expectat: *Quia sicut nihil est forte incertius, ita nihil est morte incertius invenitur*. Eandem igitur causam deduci potest, cur Deus Adæ minatus fuerit mortem, non tamen determinaverit quando, dum ait: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec revertearis in terram, de qua sumptus es*: Vel: *Pulvis es, & in pulverem revertearis*; nimirum ad demonstrandum, quod eventus mortis incertus sit cui libet quoad horam, ejusque adventus inexpectatus sit & improvise, seu, ut uno verbo dicam, traditoniè accidat. Ita Rupertus Abbas: *Mortis diem vel horam homini incognitum esse voluit, dixit enim indefinitè, donec revertearis, & non dixit, usque ad tot annos, vel tot dies, quibus transiit, revertearis in terram*. Mors igitur sortis gressibus ambulat.

17. Ad hujus veritatis confirmationem, integrum Vobis tam ex sacris, quam ex prophetis Historiographis adducere possem selectarum Historiarum manipulum; sed ne Vobis prolixitate mea fastidiosus fiam, & ut huic primæ parti paulatim finem imponam, duas tantum è pluribus recensebo. De Ancæo igitur Neptuni filio recensebitur, cum cuidam à se plantatae vineae adeo fuisse affectum, ut in eam nulli, quantumvis amico & familiaris aditum permitteret. Unde amicorum suorum nonnemo ad alios ejus familiares jocando dixit, Ancæus noster tantam habet vineae suae curam, & tamen vehementer, num ex vino illius bibiturus, aut fructus ejus manducaturus sit, an ceptus hæreo. Quae verba ad Ancæi aures tandem perlata fuerunt, qui usque ad tempus maturescentium uvarum subicit; eo autem tempore superveniente, cum aliquot botros maturos decerpisset, domum revertens, amicum illum malum augurum suum ad se accessit fecit, & in ejus conspectu, vinum uræ in craterem quandam expressum bibiturus labiis admovit, dicens: Recordarisc ne vaticinii tui, quo me de hoc musto minimè bibiturum esse praedixisti tui amici re-

Medox
r. 2. in 1.
Reg. c. 4.
n. 22. sect.
2. n. 5.
Rup. Abb.
lib. 3. in
Gen. c. 25.

Handwritten notes in the right margin, including the word 'X' and some illegible characters.

spodit: *Multa cadunt inter calicem supra-
maque labra.* Ambr. Episc. Lamocea. ser. 4.
post Dom 4. Quadr. ser. 39 f. 245 col. 2. lit.
E. Quid quis scit, quid futurum sit; neque enim
calicem istum adhuc epotasti: Dumque
hæc diceret, & Ancæus poculum ori admo-
veret, repentinus supervenit nuntius, ei in-
sinuans, aprum quendam in vineam ejus in-
gressum, eandem totaliter depascere & devas-
tare, qui mox vino nondum gustato, scyphum
è manu seponens, damno ab hac fera sibi illa-
ro, remedium allaturus, ad vineam accurrit,
ubi cum supra in vasit infelicitas: nam ab
eadem fera apprehensus, dilaniatus, mox &
occisus fuit. O casum inexpectatum! ô im-
provisa mortem! Certum illi erat, non se-
mel, sed sæpius vineæ suæ mustum degustare
& bibere, verum rationes suas aut computum,
ut dici solet, sine mortis adhibito consilio, ab-
solvit, quæ traditoriè hominem minus nihil
cogitantem, invadit & occidit. Sic quoque
Cajus Julius Cæsar nullo tempore se mortis
securiorem esse existimavit, quàm quando
meridie diei decimæ quintæ Martii viven-
do superaverat. Tunc enim Spurinam Astro-
logum (qui ei, ut illa die bene sibi prospice-
ret, præceperat, eo quod ea die mors illi ma-
chinatura esset insidias) deridens: Ecce (ait
ad eum) Jades nunc quintus decimus Martii,
quid ergo? cui Astrologus mox subintulit:
Non dum dies ille præterit. Quid accidit?
Quando se maximè securum esse, fatalesque
mortis istus evasisse credidit, paulo post ea-
dè die, dum nihil sibi minus, quàm hoc ima-
ginaretur, in publico senatu Romano à Cassio
& Bruto multis vulneribus ex improvise oc-
cisus interiit, de quo proinde Lucius Florus
scribit: *Sic ille, qui terrarum orbem civili san-
guine impleverat, eandem ipse sanguine suo cu-
riam implevit.* Legatis obsecro historias, &
invenietis, qualiter ex improvise repentinè
morte correpti & sublati fuerint *Æmilius
Lepidus, Mallius Torquatus, Fabius Maxi-
mus, Chilo Lacedæmon, Sertorius, Sopho-
cles, Philippides, Comædiographus, Corne-
lius Gallus, Alcibiades Atheniensis, Diago-
ras Rhodius, Mithridates Rex Ponti, Al-
phonus septimus Hispaniarum Rex, Valen-
tinianus, Alencricus, Septimus Severus Im-
peratores, & centies mille alii, quos tædii de-
clinandi causâ prætereo, Hæc ita scribis*

mors inambulata, ut sciamtis, nullam ei de-
terminatum esse horam, quæ te invadere de-
beat. Ac proinde S. Augustinus dicit: *Inspi-
nata mors mille modis quotidie miros homi-
nes inopinatè rapit.* Mira profectò res est,
quod cum vita nostra brevis sit, utpote ex
pulvere & cinere composita: *Memento homo,
quia pulvis es.* Certissimum quoque sit, quod
in cinerem & pulverem reverteri sumus, hor-
ram autem, quæ id futurum est, ignoremus
monitum: tamen Salvatoris nostri postha-
beantes, cælestes contemnamus thesauros, to-
tum quæ affectum nostrum soli impendamus
terrenorum thesaurorum lucro, haud secus,
ac si perenniter immortales victuri essemus.
Viciniior tibi mors est, quàm credere valeas,
& quis scit, an non hic ultimus vitæ tuæ dies
futurus sit, & tu tamen nullâ ob id curâ an-
geris? Imo, qui ad mortem te disponere de-
bebas, ad id acquirendum totaliter te impen-
dis & evisceras, quod possidere non potes.
Meritò improperandum est dictum illud,
quo reprehensus fuit Domitianus, quando
eo tempore, quo belli necessitatibus prospici-
endum erat, siue victus procurando anno-
nam, siue necessaria mittendo subsidia, siue
novum concubendo militem, ipse multas
capiendo, in conclave suo tempus fallebat,
quod alius videns, contione se non portuit,
quin admirabundus diceret: *Domitiane, quid
capias muscas?* quasi diceret, qui hoc tempo-
re, quo à vicino hoste infestamur, bellum co-
gitare debebas, in alio exercicio, quàm mul-
carum captura, operam tuam non adhibes?
Quæ reprehensio tibi potius, ô Christiane,
quàm Domitiano debetur. Nunquid enim
vides, mortem adeo esse repentinam, ut de
momento in momentum viciniior tibi facta,
humeris tuis incumbat, ut vitam cæpiat? Tu
autem quid facis? quid cogitas? quænam
sunt occupationes tuæ? Cui rei tempus im-
pendis? Num forte frequentandis Ecclesiis,
adeundis confessionibus & communionibus,
verbo Dei auscultando, animæ tuæ in
meritis locupletandæ? Imò contrarium om-
nino facis, dum tempus in cælo comparan-
do tibi concessum, inutiliter transigis in cra-
pulis, prostribulis, rapinis, vindictis, ludis &
jocis, peccatis peccato accumulandis! O De-
us, mors tibi vicina imminet, & tu muscas
capias? *Christiane, quid capias muscas?* Nun-
quid

Luc. Flor.
lib. 4. c. 2.
fol. 226.

Tertull. l.
de anima,
c. 52.

*Vide Pi-
nedè de
privile
concep ad
verecundia
2.*

quid o infelix vides, quod hinc actionibus
tibi thesaurizari iram in die irae? Verum enim-
 vero, dic fodes, ubi mors adventit, quem-
 nam ex dissolutionibus & inconfultis operi-
 bus tuis fructum reportabis? Aut si etiam per
 tot labores, sudores, curas, vigilias, in terra
 thesaurizando Attali & Croesi tibi acquisi-
 visses divitias, quid juvare poterunt? Au-
 di sequentem historiam. Magnus ille Saladi-
 nus Aegyptiorum Rex & tyrannus morti
 proximus praecepit, ut charissimorum Auli-
 corum suorum unus in equo civitatem ob-
 equitans, in lancea sua linteamen, cui in se-
 pulchro involvendus erat, circumportaret, &
 piteonem in lat omniaum auribus haec verba
 recitaret, (audite quotquot pro terrenarum
 rerum lucro defatigamini.) Magnus Selandi-
 nus noster nunc moribundus, praefer linteamen
 istud, aliud ex hoc mundo secum non effert:
*Ex omnihus opibus & thesauris suis Magnus
 Selandinus solum secum deferi linteamen istud.* O
 stulticia mundana, quae in hac vita, quae um-
 brata tantum quaedam est, & in qua solum per
 modum transiens subsistimus, ubi mors
 vix pedem firmandi aut respirandi tempus
 nobis indulget, ad commoda insectanda nos
 inducit! Dimittite, dimittite vanitates haec
 terrenas, haec ambientibus, mortem autem
 semper ob oculos habete, ac si nunc obcunda
 esset, licet enim ab improvviso per eam non de-
 ludemini. Et ex quo vita nostra brevis est, ut
 diximus, opera bona ne differatis, quia potius
 in hoc momento eadem exordiamini, elec-
 mosynam largiendo inopibus.

PARS SECUNDA.

18. Duae ob causas aliquam ceremoniarum
 ostentationem coram Vobis, o Auditores, fa-
 cere nolo, aut si vellem, non deberem; primo,
 quia temporis verbo divino praedicando con-
 cessi brevitatem id non permittit; secundo, quia
 loci reverentia id prohibet; scelus itaque om-
 ni superfluum verborum vanitate, hoc so-
 lum vos exhortor, & moneo, ne ultro citro-
 que huc convoletis, non ad auscultandum
 praedicatorum, sed ad concionem audien-
 dam, non ob curiositatem, sed ob animarum
 vestrarum salutem, pariter vos ad Ecclesiam
 frequentationem rogando, nec non ad effe-
 ctus meos, benignitatisque vestrae chlamyde
 contegendos, proteclians, quod defectus re-

prehendendo ad personas particulares de-
 scendere minimè intendam; ac proinde, qui
 se in sermonibus meis pungi experientur, sub-
 ducant se, atque emendant; ego interea Ma-
 jestatem divinam precabor, ut Vos in gratia
 sua conservet, atque ab omni malo custodiat,
 Vos quoque eidem supplicite, ut tantum
 mihi elargiatur spiritum, ut in hoc cursu
 quadagesimali ad animarum vestrarum uti-
 litatem aliquem parere possim profectum.
 Curo autem, & omni studio cavebo, ne
 discursus mei ullum Vobis afferat tedium,
 utpote qui potius de brevitate, quam de pro-
 lixitate argui malo.

19. Haecenus igitur, quam brevis sit vita
 nostra, & quam repente & ex improvviso
 mors nos subipiat, pluribus demonstravi-
 mus. Nunc autem, cum S. Dei Ecclesia ciner-
 es hoc mane nobis proponat, eosque in ca-
 pitis nostri verticem spargat, dicendo: *Me-
 memento homo, quia pulvis es, & in pulverem re-
 verteris;* videamus, an hujus sacrae ceremo-
 niae mysterium investigare possimus. Scio e-
 quidem, quod Chymici aliquod cineris ge-
 nus invenire potuerint, ea virtute praeditum,
 ut Mercurium natura sua instabilem & in-
 constantem, stabiliter firmer & sistat, atque
 ideo cum S. Dei Ecclesia videat, voluntatem
 hominis nunquam firmari, sed semper in-
 quietam vivere, dum nunc se ad malum,
 mox ad bonum applicat, nunc ad culpam
 proclivis, mox verò propensa est ad poen-
 itentiam, ideo Ecclesia hujus Mercurii fir-
 mandae causa, ut scilicet in bono perseveret,
 cinere utitur, eundemque capitibus nostris
 inspergit, dicens: *Memento homo, quia pulvis
 es, & in pulverem reverteris.*

20. Scribit Ammonius Marcellinus, Bar-
 abas certum quoddam invenisse venenum, *Ammon.
 Marcoll.
 l. 2. 5. &
 lib. 3.*
 hac qualitate praeditum, ut carnem huma-
 nam tangendo subito tali flamma accendat,
 quam aqua extinguere non valeat, sed artifi-
 ciosè inventum cinerem quandam ei inji-
 cientes, confestim eum suffocant. Porro avi-
 ditate erga terrena semel in nobis accensa,
 nullum ad extinguendam desiderii nostri
 flammam inveniri potest opportunius me-
 dium, quam si ad illam suffocandam cinis
 hic adhibeatur, nos efficaciter commonefa-
 ciens, ut non in terra, sed in caelo thesaurize-
 mus; ac proinde: *Memento homo, quia pulvis
 es, & in pulverem reverteris.*

Handwritten notes in the right margin, including the word "X" and some illegible text.

21. Lucius magnos ex latere quodam do-
lores patiens, nec ullum ad illos curandos ef-
ficax remedium inveniens, à Medicis despe-
ratus, hoc à Dus immortalibus accepit mo-
nitum, ut templum ingressus, cineres ab altari
acciperet, ex sacrificiis reliquos, eosque vino
commixtos epotaret, & ad partem affectam
applicaret, sic namque futurum, ut confestim
convalesceret. *Lucio afflicto lateris dolore, &*
desperato à cunctis hominibus, oraculum red-
didit Deus, venires & ex ara colleret cinerem,
& unà cum vino misceret, & poneret supra la-
tus, & convalescit. Quando sanctis Altaribus
assistens Sacerdos, sacros nobis præsentat ci-
neres, pariter nobis insinuat, eisdem oppor-
tunam esse in dispositionibus animæ nostræ
curandis medicinam, dum scilicet nos in ci-
nerem redigendos esse considerantes, à Dei
offensis reiterandis abstinemus

Lucanus
apud Mer-
cur. l. 1. 8.
f. 33. lin. A.

22. Singularis quædam Lucani fuit opi-
nio, luctatoribus, priusquam manus confer-
rent, opus esse, ut totum corpus pulvere
conspargerent, idque ob multos respectus,
 præcipue verò, *Ut corpora fortiora redderen-*
tur. Cum igitur Christiani hoc quadragesi-
malit tempore adversus tor animæ suæ inimi-
cos dimicare debeat, Ecclesia eidem de pul-
vere prospicit, ut fortiter luctetur, & inrepi-
dè se habeat.

Plut. ap.
Basil. p. n.
2. ser. 4.
Cap. 5. 3. f.
8. & Petr.
de Valher.
10. f. 9. c. 1.

23. Pulchra fuit, quam Sertorius generosus
& expertus belli Dux, excogitavit, inventio,
aliqui enim hostium suorum in speluncam
quandam se subduxerant, quæ ob fortitudi-
nem sitis ex omni latere in expugnabilis erat:
advertens autem, quandam venti turbinem
ingentem pulveris nimbum in eos propelle-
re, hoc eventum utens, suis præcepit militibus,
ut totâ nocte pulverem etuerent, cumque ex
opposito speluncæ illius deportarent, ut is à
venti turbine in aëra sublatus, adversarios
suffocaret, hæcque ratione per pulverem glo-
riosam reportavit victoriam, quam gladio
obtinere non poterat. Vidit Deus hominem
protervum factum, quotidie, sive in juven-
tute, sive in divitiis confisum, contumacio-
rem fieri, nec serro, nec divinæ justitiæ manibus
cedere velle, cinere utitur & pulvere, à vento
spiritus sancti, ut sacerdotali dextera in ho-
minum vertices resperio: *Memento homo quia*
pulvis es, & quia in pulvere revertaris.

24. Lysimachus ferocissimè euidam leoni
occurrenti, cum se viribus infirmiqrem esse

animadverteret, pulveris pugnum è terra sub-
latum, in leonis coniecit oculos, eumque ex-
ceçavit ac tandem occidendo devicit. Ho-
quid Ecclesia cinerem pulverem oculis ho-
stis injiciendo aliud protendit, quam nos-
stram superare & mortificare perveritatem;
ac proinde dicit: *Memento homo, quia pulvis*
es, & in pulvere revertaris.

25. Quando Jason velletis aurei acquirendi
causa loco se movit, vasculum quoddam ci-
neribus plenum à Medæa accepit, eisdem que
cineres in dracobis ad velleris custodiam col-
locati, faciem conjiciens, cumque hac ratio-
ne excaecans, felicem assecutus est conatus sui
effectum. Utinam hæc nostræ esset studiosa
intentio, ut toto pectore, omnemque move-
ntes lapidem, celestium thesaurorum & glo-
riæ Paradisi lucro inhiaremus! Sancta nam-
que Mater Ecclesia, velut alia quædam Me-
dæa, libens libensque nobis cineres submi-
straret, & de factis exhiberet, quibus utentes,
sensualitatis nostræ draconem omnis boni
nostri, nec non thesaurorum à Salvatore nos-
stro nobis propofitorum consecutionem im-
pedientem excaecare possemus. *Thesauri autem*
vobis thesauri in celo.

26. Egregium est Onesimandri consilium, *Con-*
ut si Dux belliferos ab hoste assecurare milite-
res velit, valla, terræque aggeres, Pofitru in ter-
ra hostili castris, fossa confestim, & alioque opus,
sametsi eodem in loco vibi diu morandum non
constituerit, munitior enim, & proinde tutior e-
rit ad repentinis hostium impetum, & clandestin-
nas, neque expectatas interruptiones. Equeve-
nam autem securiora haberi possunt adver-
sus diabolicos insultus animæ nostræ, de-
fectionis subsidia, quam sit pulvis & cinis,
qui in principio habendi cum vitis confit-
ctus militiæ christiane à Sacerdote proponi-
tur? Nunquid enim illum audis dicentem:
Memento homo quia pulvis es, & in pulvere
revertaris.

27. Observat Albertus Magnus libro de
Veget. Corvum nidificare, aut partus suos ad
perfectionem reducere non posse, si à secreta
quodam manu intra arboris corticem ab-
scinditur sit viti combusti cinis; en verba
ipsius: *Si corvus nidificaverit in arbore, & viti*
posuerit, per eandem causelam facilis possit im-
pediri, ne de ovibus valeat pullos procreare: Acci-
piatur cinis viti, & ponatur inter lignum &
corticem arboris: quamvis ibi cinis durabit,
corvus

deus nunquam pallificabit. Ut ater inferni
corvus diabolus per tentationes suas peccata
non generet, sancta Mater Ecclesia cineres
adhibet, non vitii, sed massæ nostræ, non mi-
nus fragilis, quam vitii: Diabolus per tentatio-
nem quæ nihil nisi facere. sistum corvum impedit
ostentus, accipiamus cineres vestri, vultum au-
tem, quod est fragile, est caro nostra, inquit
Scriptor quidam Rup. Holcor in Sap. lect.
15. c. 10. l. 16. sic C.

28. Inventa est à nonnullis ars lacte in
charta candida scribendi literas, quæ quia
non apparebant, cæcæ literæ vocabantur (ut
refert Plinius libro 16. histor. cap. 8.) ut au-
tem si quilibet esset eorum lectio, & cæcorum
characterum perciperetur contentum, cineres
deliquet aspergebant, eorumque virtute ap-
parebat litteræ: Narrant de lacte ejus in scripta
charta cum inaruerit, si cinis aspergatur, appa-
re litteræ. O quam difficilis est humanæ
intelligentiæ cognitio sui ipsius? Visne scire,
quodnam sit hominis contentum, & quid-
nam per characteres suos significet? permite
Sacerdoti, ut literam frontis tuæ cineribus
consperserit, sic enim scripturam hanc legere
facillime poteris: Memento homo quia pulvis
es, & in pulverem reverteris.

29. Philolophum quendam de rebus natu-
ralibus ingeniosè discutientem, homo qui-
dam lepidus lignum quoddam manu sua te-
nens, per joerem, quantum fumus ex ligno ist-
hoc, si accenderetur, egredi possit, interroga-
vit? Respondit Philolophus, combusto lig-
no, pondera cineres, quod deficit, in fumum
abijt: Expende cineres: Quod si scire desideres,
quantus fumus aut fama tua post mortem
tuam in terris apud posteros mansura sit, Ex-

pende cineres, pondera cineres istos, qui sunt
vitæ tuæ reliquæ, & recordare, quod pulvis
es, & in pulverem reverteris.

30. Polus vir tota Græcia famosus, com-
ediam Athenis representandam recitaturus,
cum perioniam ageret Electræ, ob miserias
suas ad plorandum confititæ, ut planctum
hunc naturaliter exprimeret, clam sibi unam
cineres sibi continentem, adduci fecit; quos
considerans, à steru sibi temperare non por-
uit: Polus iugubri habitu Electræ induitur, urnam
à sepulchro tulit filii, doloremque animi nat-
uraliter expressit, luctu asque lamenis veris
& spirantibus, inquit Aulus Gellius: Exhor-
tatur nos Deus noster per Prophetam Joë-
lem, ut per veram conversionem culpas no-
stras depleamus: Convertimini ad me in flu-
su & planctu; quod ut facilius à nobis fieri
posset, Ecclesia cineres nobis monstrat,
& ob oculos ponit, dicens: Memento homo
quia pulvis es, & in pulverem reverteris.

31. Hannibal interrogatus, quando vigen-
tes inter Carthaginenses & Romanos dilcor-
diæ terminandæ essent: aliud responsum non
dedit, quam quod pede terram concutens,
pulverem in aëra excitavit, quasi diceret: Nun-
quam terminabuntur, nisi donec una factio-
num illarum in pulverem abierit. Tu quoque
dic mihi, quando finienda sunt, quæ inter te
& Deum ob peccata commissa vertuntur ho-
stiles inimicitia? Num forte in mortem, quæ in
pulverem te convertat, præstolaris? Recor-
dare obsecro, quod tempus volet, quod vita
brevis sit, quod denique mors ab impreviso
te abripiet: Observa inquam monitum
istud, & vade in
pacc.

Apophe.
Græc.

Aul. Gell.
lib 7. fol.
207.

Joël. 2.

Apud Ra-
phælem
de Columb
in Domin.
2. Quadr.
fol. 58.

Handwritten notes in red ink on the right page, including the word 'X' and some illegible text.

SERMO SECVNDVS.
FERIA QVINTA
CINERV M.

Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, & male torquetur, Matth. cap. 8.
15 CUM